A. D. 1926 CURRENDA Nrus IX

PISMO URZĘDOWE TARNOWSKIEJ KURJI DIECEZJALNEJ

# SUPREMA SACRA CONGREGATIO OFFICII

AD OMNES LOCORUM ORDINARIOS CUM APOSTOLICA SEDE PACEM ET COMMUNIONEM HABENTES:

## DE CREMATIONE CADAVERUM

## INSTRUCTIO

Cadaverum cremationis praxi nonnullis in regionibus, posthabitis iteratis Sedis Apostolicae in contrarium declarationibus atque ordinationibus, in dies, ut relatum est, invalescente, ne tam gravis abusus, ubi iam obtinuit, confirmetur aliove extendatur, Suprema haec Sacra Congregatio Sancti Officii muneris sui esse ducit locorum per orbem Ordinariorum hac super re attentionem denuo instantiusque, probante SSmo Domino Nostro, excitare.

Et primo quidem, quum non pauci, etiam inter catholicos, barbarum hunc morem, nedum christianae sed et naturalis erga defunctorum corpora pietatis sensui constantique Ecclesiae, inde a primis eius initiis, disciplinae plane repugnantem, veluti unum e potioribus hodierni, ut aiunt, civilis progressus scientiaeque valetudinis tuendae meritis celebrare non dubitent; haec eadem Sacra Congregatio christiani gregis Pastores quam vehementissime hortatur ut concreditas sibi oves omnimodis edocendas curent hoc reapse consilio a christiani nominis hostibus cadaverum cremationem laudari ac propagari ut, animis a mortis consideratione speque corporum resurrectionis paulatim aversis, materialismo sternatur via. Quamvis igitur cadaverum crematio, quippe non absolute mala, in extraordinariis rerum adiunctis, ex certa gravique boni publici ratione, permitti queat et revera permittatur; communiter tamen ac veluti ex regula ordinaria eidem operam vel favorem praestare, impium et scandalosum ideoque graviter illicitum esse nemo non videt; meritoquo proinde a Summis Pontificibus pluries, novissime vero per recens editum Codicem iuris canonici (can. 1203, § 1) reprobatam fuisse ac reprobari.

Ex quo etiam patet quod, etsi iuxta decretum diei 15 decembris 1886 (Collect. P. F., n. 1665) Ecclesiae ritus et suffragia non inhibeantur „quoties agatur de iis quorum corpora non propria ipsorum sed aliena voluntate cremationi subiiciuntur“; quum tamen id (ut in ipso decreto expresse adnotatur) eatenus valere tenendum sit, quatenus per opportunam declarationem „cremationem non propria defuncti sed aliena voluntate electam fuisse“ scandalum efficaciter removeri queat, sicubi specialia rerum temporumque adiuncta id sperare non sinant, funerum ecclesiasticorum hoc quoque in casu prohibitionem integram manere dubitari non potest.

Valde autem longe a veritate abesse, evidenter, dicendi sunt qui, ex speciosa ratione quod aliquem religionis actum defunctus, dum viveret, exercere solitus esset vel quod ultimo vitae momento pravam voluntatem forte retractare potuerit, licitum censent exsequias ecclesiasticas eidem, praesente cadavere, de more persolvere, licet hoc postea, ex propria ipsius defuncti dispositione, sit igni tradendum. Quum enim de hac coniectata retractatione nihil certo constare queat, nullam ipsius in foro externo rationem haberi posse palam est.

Vix vero notatu dignum videtur, omnibus hisce in casibus in quibus non licet pro defuncto funebria ecclesiastica celebrare, ne licere quidem eius cineres sepultura ecclesiastica donare vel quomodocumque in coemeterio benedicto asservare; sed ad praescriptum canonis 1212 in separato loco esse reponendos. Quodsi forte civilis loci auctoritas, Ecclesiae infensa, vi contrarium exigat, ne desint sacerdotes ad quos spectat, qua par est animi fortitudine, huic apertae Ecclesiae iurium violationi obsistere, emissaque congrua protestatione, ab omni abstineant interventu. Tum, data occasione, praestantiam, utilitatem ac sublimem ecclesiasticae sepulturae significationem seu privatim seu publice praedicare ne cessent, ut fideles, Ecclesiae intentionem apprime edocti, a cremationis impietata deterreantur.

Et quoniam, denique, haec omnia ad optatum finem, nisi viribus unitis, haud facile erit deducere; mens est Sacrae Congregationis ut diversarum regionum ecclesiasticarum Sacrorum Antistites, si quando res id exigat, penes proprium Metropolitam convenientes, insimul exquirant, discutiant, statuant quid ad rem magis opportunum in Domino iudicaverint; et de consiliis hac super re simul initis deque eorum exequutione atque effectu Sanctam Sedem deinde informent.

Datum Romae ex Aedibus Sancti Officii die 19 iunii 1926.

*R. CARD. MERRY DEL VAL.*

Acta Ap. Sed. Julius 1926, pag. 282.

## SACRA CONGREGATIO RITUUM

### DUBIA

#### CIRCA GENERIS HUMANI CONSECRATIONEM SACRATISSIMO CORDI IESU

Sacrae Rituum Congregationi sequentia dubia pro opportuna solutione proponuntur:

Pius Papa X s. m. per Decretum generale Sacrae Congregationis Indulgentiarum, diei 22 augusti 1906, mandavit, ut singulis annis, die festo Sacratissimi Cordis Iesu, in omnibus parochialibus templis, nec non in illis in quibus idem festum agitur, coram Sanctissimo Sacramento publicae adorationi exposito, formula Consecrationis generis humani Sacratissimo Cordi Iesu recitaretur, additis Litaniis in honorem eiusdem Sacratissimi Cordis.

Sanctissimus autem Dominus noster Pius Papa XI per Litteras Encyclicas *Quas primas*, diei 11 decembris 1925, praecepit, ut postremo mensis octobris dominico die, in festo scilicet Domini nostri Iesu Christi Regis, generis humani Consecratio Sacratissimo Cordi Iesu quotannis renovetur, quam Pius Papa X s. m. singulis annis iterari iusserat, adhibita tamen Consecrationis formula, quam Sacra Rituum Congregatio per

Epistolam diei 17 octobris 1925 ad Ordinarios transmisit, ut die 31 decembris eiusdem anni recitaretur.

Hinc quaeritur:

I. An etiam in festo Sacratissimi Cordis Iesu peragenda sit consecratio generis humani, et in casu affirmativo quaenam formula adhibenda sit?

II. An in festo Domini nostri Iesu Christi Regis, praeter Consecrationis formulam, recitandae sint Litaniae de Sacro Corde Iesu?

Et Sacra eadem Congregratio, audito specialis Commissionis voto, propositis dubiis respondendum censuit:

Ad I. Quoad primam partem: *Ad libitum;* quoad secundam partem: ahhibenda est formula per Epistolam diei 17 octobris 1925 ab hac Sacra Congregatione ad Ordinarios transmissa.

Ad II. *Affirmative.*

Atque, approbante Ssmo Domino Nostro Pio Papa XI, ita rescripsit atque declaravit. Die 28 aprilis 1926.

† A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae
*S. R. C. Praefectus*

L. † S.

ANGELUS MARIANI, *Secretarius*

## Rekolekcje

dla P. T. Kapłanów odbędą się w Seminarjum duchownem od 20 września do 24 (przyjazd 20) — a nie jak poprzednio podano od 21—25.

## Nowe parafje

W sierpniu b. r. utworzyliśmy dwie nowe parafje z proboszczami usuwalnymi: Bystra, wydzielona z parafji Szymbark i Lichwin z parafji Pleśna. Pierwszym proboszczem w Bystrej zamianowany ks. Paweł Mika, wikarjusz z Wojnicza; w Lichwinie, ks. Franciszek Hachaj, wikarjusz z Gręboszowa.

W Domu rekolekcyjnym OO. Jezuitów we Lwowie (ul. Dunin-Borkowskich l. 11) odbędą się w rekolekcje dla P. T. Kapłanów:

We wrześniu od 13—17 i od 20—24; w październiku od 4—8 i od 18—22; w listopadzie od 8—12 i od 22—26; w grudniu od 13—17.

O wczesne zgłoszenia prosi Ks. Superjor Wojciech Trubak T. J.

## Zmiany wśród Duchowieństwa

*Odznaczeni:* ks. Wojciech Zabawiński, proboszcz w Zgórsku, Rokietą i Mantoletą, a ks. Kazimierz Dziurzycki, proboszcz w Apolinarach, Exposit. can.

*Instytuowani:* 23 lipca ks. Józef Kozieja, na probostwo w Lipnicy Murowanej; 26 lipca ks. Józej Fasuga, administrator z Męciny, na probostwo w Jakóbkowicach.

*Przeniesieni proboszczowie:* ks. Jan Zachara z Rudy do Janowic; ks. Józef Maryański z Janowic do Rudy.

*Administratorami zamianowani:* ks. Michał Ćwik w Słupcu; ks. Jan Grochowski w Męcinie; ks. Józef Grabowski w Siedliskach.

*Na posady katechetów przeznaczeni:* ks. Stanisław Przewłocki do gimnazjum w Dąbrowy; ks. Roman Zieliński do szkoły powszechnej im. Czackiego w Tarnowie; ks. Stanisław Bochenek do szkoły powszechnej w Baranowie; ks. Wojciech Orzech ze St. Sącza do Tarnowa, do szkoły im. Kopernika; ks. Henryk Weryński z Pilzna do St. Sącza.

*Przeniesieni XX. Wikarzy:* ks. Stefan Jaworski z Kolbuszowej do Szczucina; ks. Stanisław Smoła z Nockowej do Padwi Narodowej; ks. Stanisław Śliwa z Góry Rop. do Zassowa; ks. Jan Skalski z Padwi Narodowej do Katedry; ks. Wojciech Koszyk z Zalasowej do Wojnicza; ks. Jan Sarna z Cmolasu do Nockowej; ks. Jakób Dobrzański z Chomranic do Gorlic; ks. Jan Gawlicki z Brzezin do Witkowic; ks. Roman Brożek z Okulic do Baranowa; ks. Jan Burgiel ze Szczucina do Okulic; ks. Stanisław Kruczek z Grybowa do Dąbrowy; ks. Ludwik Smołka z Pleśny do Zalasowej; ks. Dominik Litwiński z Wierzchosławic do Jurkowa/T.; ks. Tomasz Bułat z Lisiej Góry do Zakliczyna; ks. Franciszek Janas z Zakliczyna do Lisiej Góry; ks. Dr Stefan Zalesieński, po ukończeniu studjów w Rzymie, do Katedry.

*Nowowyświęceni otrzymali posady wikarjuszów:* ks. Adolf Boratyński w Wietrzychowicach; ks. Feliks Cebula w Górze Ropczyckiej; ks. Franciszek Dyda w Cmolasie; ks. Błażej Fąfara w Chomranicach; ks. Maciej Harbut w Bobowej; ks. Marcin Konicki w Borzęcinie; ks. Ludwik Kowalski w Grybowie; ks. Ignacy Koza w Otfinowie; ks. Stanisław Kozieja w Wierzchosławicach; ks. Walenty Łącki w Gręboszowie; ks. Feliks Pudełko w Kolbuszowej; ks. Jan Pyzikiewicz w Brzezinach; ks. Józef Rusek w Lipnicy Murowanej; ks. Jan Szczur w Trzcianie; ks. Jan Zwierz w Brzesku.

*Urlop* na studja w Rzymie otrzymał ks. Stanisław Adamczyk, wikarjusz katedralny.

*Na emeryturę przeszli:* ks. Wojciech Guzik, proboszcz w Słupcu; ks. Wincenty Dymnicki, katecheta szkoły powszechnej im. Czackiego w Tarnowie; ks. Józef Kaliciński, katecheta szkoły powszechnej im. Kopernika w Tarnowie.

## *Z KURJI BISKUPIEJ*

***W Tarnowie, dnia 10 sierpnia 1926***

*† LEON*
*Biskup*

*Ks. Roman Sitko*
*kanclerz*

Nakładem Kleru Diecezjalnego — Z Drukarni Zygmunta Jelenia w Tarnowie